In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Cum enim magnificencia prin-
cipum graciosa consueverit semper solite benemeritorum desideria condigna vicissitudine compensare atque ple-
nius confovere. Proinde Nos Semowithus dei gracia dux Mazovie Cuyavie etc. ad noticiam univer-
sorum tam presencium quam futurorum quorum interest cupimus effectualiter pervenire. Quomodo
considerantes merita et fructus fidelibus nostre maiestati Circumspectos viros Consules et totam com-
munitatem Civitatis nostre Radzeyeviensis ac Incolas et inhabitatores eiusdem civitatis impensas et insuper fu-
turis auxiliante altissimo eventualiter impendendos constanter et ut dicta Civitas de divina providencia et sancti spiritus cle-
mencia in suis redditibus eo forcius et validius atque copiosius ampliari et fructibus augmentari. Horum
intuitu memoratis Civibus nostris et universis Incolis seu inhabitatoribus eiusdem Civitatis damus elar-
gimur et donamus forum annuale generale in festo Nativitatis virginis gloriose Marie quolibet
anno temporibus eternis in ipsa Civitate nostra Radzeyow celebrandum et exercendum. Licitum igitur sit omnibus
et singulis hominibus hospitibus ac bonis extraneis quibuslibet et propriis ad dictam Civitatem nostram in ipso fe-
sto Nativitatis beate Marie forensitantibus emere vendere et singulos mercaciones et vendiciones exercere impetuose et in
eternum. Et in eadem donacione nostra per supradictos presentes nicolaum [illegible] presentibus scribi mandavimus et nostri
Sigilli munimine roborari. Datum et actum in Bresc feria quinta proxima ante dominicam Judica me
sub anno domini Millesimo Trecentesimo Nonagesimo Sexto Presentibus hiis dominis et Nobilibus videlicet Krze-
slao Palatino Cuyavie Andrea Castellano Andrea Subcamerario Paulo Wepilliste Olrach Sandziwogio
de Ebothka Cristino Vexillifero curie nostre et Alberto Subiudice Ploczen et aliis quampluribus fide dignis
Datum per manus Alberti pro tunc notarii curie nostre etc.

Jarmak pro festo
Nativitatis B. V. M.
ab Anno 1396